Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

53,-60 DA Box
(LN bis 132)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

NICOLAI REVSNERI
LEORINI

AVREOLO-RVM EMBLEMATVM LIBER

SINGVLARIS THOBIAE STIMMERI
Iconibus affabré effictis ex-
ornatus.

AD SERENISSIMVM PRINCI-
PEM D. HVLDRICHVM NORVE-
giæ Hæredem, Friderici II. Reg.
Dan. Filium.

SAPIENTIA



CONSTANS.

ARGENTORATI

Cum Priuilegio Cæſareo,
Apud Bernardum Iobinum.
M. D. LXXXVII.

Jo. Grammius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

AD SERENISSIMVM CELSISSIMVMQVE PRINCIPEM, D. HVLDRICHVM, NORVEgiæ Hæredem, Ducem Sleſuigiæ, Stormariæ, VVagriæ, & Dietmarſiæ, Comitem Oldemburgi, & Delmenhorſtæ, Primarię Eccleſię Magdeburgenſis, & Argentoratenſis Canonicum, Friderici II. Regis Danorum potentiſs. Filium inclytum,

NICOLAI REVSNERI Præfatio.

AVREOLORVM libros aliquot in publicum emiſſuro, HVLDRICHE Princeps Sereniſsime, viſum fuit mihi faciendum: vt ſingularem hunc librum Emblematum ſeorſim excuſum præmitterem: Iconibus ornatum eleganter affabréque depictis; & rudi Minerua (quod aiunt) breuiter à me deſcriptis, aut ſaltem leuiter adumbratis. Studui enim in his maximè, quoad potui, breuitati ac perſpicuitati: quod ſimul vtrunq; pręſtare quàm ſit operoſum & difficile: ſatis profectò oſtendit veteris Poëtę illud:

PRAEFATIO.

Breuis eſſe laboro, Obſcurus fio. Sunt etiam alia in medio Emblemata mea explicatiora, Genio, vt arbitror, non malo iam anteà in lucem edita: erunt quoq;, ſi Deus volet, non ita multò pòſt eorundē PARALIPOMENA, vnà cum cęteris AVREOLORVM libris Symbolicis, & Miſcellaneis. Cæterùm quum opuſculum iſtud pręſens nō ita pridem in manibus haberem, & de editione eiuſdem cogitationē ſuſciperem: ſingulari quodam fato accidit: vt ſub idem tempus de illuſtri aduentu tuo in celebrem hanc vrbem, & Academiam noſtram, fama percrebreſceret. De quâ ego poſteà certior factus, cùm ex aliorum fide dignorum ſermonibus, tùm ex relatu Illuſtris & Generoſi Domini ERNESTI Comitis Mansfeldij, Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis & Argentoratenſis Canonici digniſſimi: quem inter ſapientiſsimos ſuos conſiliarios anno ſuperiore delegit pater tuus clementiſsimus, FRIDERICVS II. omnium ſeculorum ac gentium Princeps, & vniuerſæ Cimbri-

cæ regionis Rex Optimus & Maximus: equidem valde, vt debui, lætatus: & vrbi Academiæque noſtræ de tantâ, & tam præclara acceſsione futurâ, vehementer gratulatus: minimè alienum me facturum exiſtimaui: ſi libellum hunc, quem in manibus tunc commodè verſaré, ſub inclyti nominis tui auſpicio publicaré, & cum omnibus literarũ ſtudioſis communicarem. Quod eò quidem libentius à me factum eſt: non ſolùm vt de lumine Serenitatis tuæ illuſtri lumen aliquod mutuaretur ſuum: ſed inprimis vt commune hoc gaudium noſtrum, de felici aduentu tuo paſsim conceptum, publicè conteſtarer: & hoc veluti Xeniolo tantum hoſpitem aduentantem, quantum in me eſset, exciperem, atque cohoneſtarem. Quanquam verò egregiam illam virtutis tuæ indolem multò maiore & præſtantiore munere digniſſimam iudico: ſpero tamen non planè nihil futurum in iſto libello, quod aliquo modo eam oblectare valeat: vt ſi

minùs fortaſsis carminum lectio, aut imaginum contemplatio; at tot Principum, Comitum, Baronum, aliorumque virtutẽ & genere illuſtrium, qui proximis annis quatuor, quibus ego hîc fui, in luce Academiæ huius (paucis quibuſdã exceptis, quos honoris cauſâ nominare libuit) magnâ cum laude vixerunt, & adhuc nobiſcum viuunt, iucunda & grata ſit futura recordatio: quorum memoriam eodem pacto propagare, & poſteritati conſecrare volui. De bonitate equidẽ, & clementiâ tuâ eximiâ eò magis cõfido: quò certior atq; exploratior eſt, tùm illuſtris naturæ tuæ indoles, & plena humanitatis ac pietatis voluntas: quam adhuc tenerâ ætate intelligo flagrare incredibili ſtudio & ardore virtutis ſapientiæque percipiendæ: exemplo inclyti fratris CHRISTIANI Principis Daniæ inaugurati: quem ad omnia ſumma & præclara ſummum atque excellens armauit ingenium: tùm verò etiam parentum & maiorum veſtrorum clariſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

ſimorum ſpectata animi moderatio, & æquitas, & ſapientia penè diuina: quâ tantam in orbe Chriſtiano potentiam & gloriam adepti ſunt: maximis præteà in Rempub. meritis, præſtantiſsimisq; rebus geſtis accumulata: cuius virtutis & gloriæ, perpetuâ multorum ſeculorum ſeriê quaſi per manus tradita, & ad te ipſum vſque conſeruata hæreditas, magis quotidiè ac magis in gente & familiâ tuâ inclytâ propagatur: omnium profectò opum ac diuitiarum poſſeſsione, omnique regno & patrimonio longè illa præſtantior. Nam vt priſca illa & antiqua Cimbrorum regum nomina & decora omittam: de quibus nulla vnquã ſeculorum ætas conticeſcet: quis aut parente atauo tuo CHRISTIANO PRIMO trium regnorum Rege potentiſsimo, clarior vnquam fuit Princeps: in quo tanta virtus in bellis, & in pace ſapientia ac moderatio enituit? Quis FRIDERICO proauo pacis & tranquillitatis publicæ amantior, & legũ iuſtitięque

fuit ſtudioſior? Quis CHRISTIANO auo tuo aut vitâ ſanctior, aut conſilio prudentior, aut animi fortitudine præſtantior vnquàm heros extitit? nam is quidem regnũ motibus inteſtinis perturbatum non modò ipſe virtute ſuâ pacauit, & reſtituit: verùm etiam finibus eius longè lateque propagatis vehemẽter auxit, atque amplificauit: idem quoque trãquillis poſteà rebus patriam ornauit plurimùm: verum Dei cultum, veramque doctrinam religionis in regno ſuo inſtaurauit: ſcholas pietatis & honeſtatis officinas, tàm publicas, quàm priuatas paſsim inſtituit: muniuit Rempublicam legibus optimis, atque inſtitutis: ſummè omnium doctrinarum, & inprimis veræ pietatis ſtudioſus: iuſtitiæ præter cęteros, ac temperantiæ cultor maximus: liberalitate, ſi quis vnquàm, erga literas, & literarum ſtudioſos maximè delectatus: denique de genere hominum vniuerſo quàm optimè meritus. Eam verò laudem patritam &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

auitam magno ſtudio & ardore animi æmulatus hactenus parens ille tuus inclytus, FRIDERICVS II. Rex omni laude clariſsimus: non ſolùm in bello atque in re militari, excelsâ quadam virtute & prudentiâ, ſed in vniuerſum heroicâ animi magnitudine, conſilijque præſtantiâ: maximè verò pietate erga Deum, & charitate erga omnes homines, fideq; & beneuolentiâ erga Rempublicam ſingulari: omnium ſibi gentium, etiam exterarum & barbararum, amorem fauoremque meritiſsimò conciliauit: cùm aliarum maximarum rerum geſtarum gloriâ: tùm eo quoq; nomine præcipuè celebrandus: quòd non ipſe ſolùm per ſe magni facit literarum ſtudia, & fauet ingenijs: nec quicquam deeſſe literatis hominibus vel commodi, vel ornamenti patitur: verùm etiam in eodem ſtudio, & propoſito confirmat, vel planè potiùs iam conformat regiam ſobolem inclytam: vt nimirum ſuo & ſuorum maiorū exemplo, optimū regni præſidium ſibi

comparet doctrinã liberalem, principe bono inprimis dignam: adeoq; virtute in ſe ipſo expetat, in alijs verò diligat, & veneretur: neq; tam poteſtate, quàm beneficentiâ inter homines eminere ſtudeat. Cuius ſanè laudatiſsimo exemplo, & monitis ſalutaribus vltrò te obſequi, Princeps Sereniſsime: neq; ſolùm imitari, ſed etiã aſſequi adhuc primâ ætate præclara ſtudia, tuis maioribus, & patre tuo, teq; ipſo & familiâ tuâ digna: in quâ florere vides heroës permultos gentiles tuos, ac inſuper fratres germanos, virtutis in ſtudio tantoperè defixos: ſanè, vt debeo, lætor vehementer, & gaudeo mirificè: idque non tam tuâ, quâm Reipub. & literarum cauſâ: eoq; confidentiùs minorũ vigiliarũ opellas iſtas ad te mitto: & fidei bonitatiq; tuæ, de quâ optimè ſentio, maiorem in modum commendo: argumentum obſeruantiæ in te meæ, vt equidem ſpero & opto, perpetuum deinceps futurum. Deus Opt. Max. inclytam adoleſcentiam tuam numine

mine ſuo placidè regat: & felicem ab omni laude virtutis & gloriæ faciat perpetuò Argentorati. Idibus Nouembris. Anno Chriſtiano M. D. XXXIIIC.

LECTORI.

Pro Emblemate CX. per errorem bis poſito, alterum hoc reponendum habeto, mi Lector.

Nocet empta dolore voluptas.

Cantûs plena Cicada, ſed eſt formica laboris:
Illa eget, hæc frugum ſemper abundat ope.

Singn luſt Hewſchreck/ Amaiß Arbeit/
Jehn mangelt/ Vorrath diß hat allzeit.

Cæterum in Lemmate Embl. XIV. ſic lege:
Morem facit vſus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

AD INSIGNIA INCLITAE DOMVS NORVEGIAE ET HOLSATIAE.



Bellica ſunt, quæ cernis: acinace tutus, ouansque
Tot Leo vexillis, & catafractus Eques.
Cur hoc? Noruegiæ regum gens inclyta bello
Clâret, & Holſatiæ ſtirps animoſa Ducum.
At bello potior Pax? credo. Sed hac quoque præſtat
Arte, eadem veræ relligionis amans.
Crux notat hoc, Cygnusque. Sed hinc quæ gloria
Pauonis vario pulcrior orbe micat. (*ſurgit,*

N, REVSNERVS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

SYMBOLVM

D. HVLDRI-
CHI NORVEGIAE
HAEREDIS, DVCIS SLESVIGI
ET HOLSATIAE, FRID. II.
REG. DAN. F.

DEXTERA DEI
SORS MEA.

SORS MEA DEXTRA DEI: Sors ergo
nulla nocebit,
Seu bona, ſeu mala ſit: SORS MEA DEX-
TRA DEI.

Aliter.

Sortis vis eſt nulla bonæ ſuper orbe, malæué:
DEXTERA nempe DEI SORS MEA ſola manet.

N. REVSNERVS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

DE EIVSDEM NOMINE.

Anagrammatiſmus.

VLRICVS NORVEGIAE HAERES:
LVCI HAERES VIGOR AETERNVS.

SI *VIGOR AETERNVS LVCI, flos inclytus, HAERES*
Regni: te meritò ditat vbique fauor.
Sic HVLDRICHVS eris: ſic nomen, vt omen, habebis:
O quantum eſt hominum GRATIA vbique frui!

Aliter.

HAE RES LVCI VIGOR. AETERNVS.

R*Elligio, Virtus, Ars, Ius, fundamina regni,*
Sint curæ tibi, dum viuis, celſiſsime Princeps:
Exemplo populis vt præſis ritè paterno.
HAERES ſunt VIGOR AETERNVS, duce numine, LVCI:
Gratia cui populi comes eſt, & gratia Diuûm:
Quam circum Pax, & Pacis comes, optima rerum
Libertas, & Honos, & Gloria, Lausque triumphat.

N. REVSNERVS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

D. FRIDERICO II. REGI DANIAE, NORVEGIAE, VANDALIAE, ET GOTHIAE, PIO FELICI INCLYTO.

FRIEDERICVS SECVNDVS

ἀναγραμματικῶς.


SINCERVS FIDE DVRES.

SAncta fides, fidei conſtantia ſancta profeſſæ,
Sola vel ad ſuperos laus bona pandit iter.
Illa fides, fideique decet conſtantia Regem:
In te qualis ad huc eminet vna magis.
Sancta fides, fideique tibi conſtantia cordi eſt:
Felicem quæ te iam ſuper aſtra vehit.
Macte animi, Rex Magne: pius ſic euge beatâ
SINCERVS DVRES ſecula longa FIDE.

N. REVSNERVS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

FRIDERICVS II. REX DANIAE.



RARA FIDES AVIS *eſt: fraus regnat vbique,*
dolusque:
FIDO DEO, *ſic fraus nulla dolusque nocet*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA I.

Maieſtas Principis diuina.

FRIDERICO II. REG.
Daniæ & Noruegiæ.



Principe magnanimo nil maius, vt Hercule magno:
Mille operum victrix cui fuit vna manus.

Großmutiger Fürſt/als Hercules/
Hochg Ehrt vff Erdn an ſtatt Gottes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA II.

Aſtra petit Virtus.

CHRISTIANO III. PRINCIPI Daniæ inaugurato.



Cum galeâ clypeoque volat ſuper æthera virtus:
Morte carens, cœlo ſtrenua facta locat.

Inn Ewigm Rhum ſchwebt Tugends Ehr/
Mit Helm Schilt in d Höhe fleugt nu mehr.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA III.

Inuia virtuti via nulla.

HVLDRICHO FRID. II.
Reg. Dan. F. II.



Invia virtuti nulla eſt via: ſola beata
Monſtrat iter cœlo: laus comes huic & honos.

Tugend öffnet Himmel vnd Erd/
Kein weg ohnwegſam ſein Gferten ehrt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA IV.

Læſa magis lucet virtus.

IOANNI, FRID. II. REG. Dan. F. III.



Ignem cæſa ſilex, & aquam dat ſpongia preſſa:
Læſa magis virtus lucet, & alta petit.

Schwams art Tugend/auch Kißlingsſtein/
Außleſcht gtruckt/gübt leucht herfür rein.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA V.

Virtutis comes gloria.

IVLIO ERNESTO DVCI
Bruns. & Lunæburg.



Herculis in bivio Virtus ſedet, atque Voluptas:
Dedecus huic, illi gloria iuncta comes.

Tugend vnd Wolluſt/vffn Wegſcheid
Herculs/jehn ehr/diß bringt hertzleid.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA VI.

Capitis corona Sapientia.

FRANCISCO DVCI
Bruns. & Lunæburg.



Celſa agitat, capitis Sapientia pulcra corona:
Infima nil curans, monſtrat ad aſtra viam.

Hauptskron/hoch ſachn verrricht/Weißheit/
Guldnkrõ/auch Him̃lsphær ſolchs lert breit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA VII.

Lux mundi Iuſtitia.

GEORGIO SAENEO COMITI
VVitgenſtenio.



Quid ſibi fax, quid vult libra? Lex vitæ viget æqua
Iuſtitia: in cœlum ſuſpicit, alba togâ.

Fackl vnd Wag hebt/in Him̃l ſicht ebn/
Lebnsliecht Grechtigkeit/gleich maß thut gebn.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA IIX.

Fortitudo præſidium vitæ.

ERNESTO COMITI
Mansfeldio.



Cingit zona deam, ſcutum armat caſſis & haſta:
Fortis mens, animus, cor, manus omne domat.

Haupt/gmůt/hertz/Hand Stärck wol verwart/
Helm/ſchild/gurt/Spieß drum̃ tregt ſie hart.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA IX.

Virtutum penu Temperantia.

HERMANNO ADOLPHO
Comiti Solmenſi.



Virtutum decus omne Modeſtia: florea ſerta
Fronte gerit: Veneris flos tamen vnus abeſt.

Allr Tugend Zier Meſſigung Glantz/
Auſſr Venus Ros/tregt allr Blům Krántz.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA X.

Vir bonus.

NICOLAO CASAE MAGNO
Regni Daniæ Cancellario.



Vir bonus en iuſto trutinæ ſe examine penſat:
Mens, animus, manus, os conſtet vt omne ſibi.

Sich wigt wol ſelbſt ein weiſer Man/
Hertz/Gmüt/mund/hand/ ſoll recht alls ſton.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XI.

Ex bello pax, ex pace vbertas.

HENRICO RANZOVIO
Proregi Holſatiæ.



Flore oleisque virens mucro ſerpentinus in arâ,
Bellum, Pax, Mens, Ius, Copia nónne manent.

Krieg bringt Fried / alles Gut Fried bringt /
Nach Ehr / Tugend / Gut jeder ringt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XII.

Naturâ & arte.

ERASMO NEVSTETTERO
cog. Sturmero, EQ. FR.



Cur hedera & laurus ſacris eſt ſacra Poëtis?
Artem hæc, ingenij vim notat illa boni.

Durch Kunſt vnd Art/was ſchoͤn iſt/groͤnt/
Ebhew vnd Lorbr drumb Poeten kroͤnt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XIII.

A teneris aſſueſcere multum.



Corrige, dum tener eſt, pueri cor. cernis, vt arbos
Spernit vim: virgam flectit at vngue puer.

Ehe brichſt/ als biegſt gewachßnen Baum/
Jugend zeuchſtu/ als Zweig/ offt kaum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XIV.

Mortem facit vſus.



Fert collo baculum Canis, & ſic lora capeßit:
Sit puero vitæ virga magiſtra bonæ.

Den Hund der Bengel bändig macht/
Zuchtrutt der Jugend legt den pracht.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XV.

Aut verba, aut verbera.




Quos non verba, mouent vel denique verbera: nutu
Aut ſale, ſic gaudet bos, ſtimulóue regi.

Wort gut vnd böß / auch Streich nach art/
So wol Menſchn/als Vieh wol verwart.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XVI.
Non omnia poſſumus omnes.

BERNARDO RVLOVIO.



Macra caro pingui ſuffarcta ſit humida lardo:
Ingenium cultu ſimplice gaudet hebes.

Durchſpickt gſchlacht wurd das Magerfleiſch/
Langſam Köpff eben Lehr macht Reiſch.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XVII.

Labore & induſtriâ.

HELMHARDO IORGERO
Lib. Auſtriæ Baroni.



Doctus amas dici? Natura ſit, Arsque, Laborque
Præſtò comes: docet hoc Lampas, Apollo, Sophus.

Gut Kopff/gut Lehrer/Arbeit gut/
Zum ſtudirn ghört/das hab in hut.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XIIX.

Ratio & Oratio.



Si Ratio, ſi non Oratio ſuppetit æquè:
Cæterà par brutis iam ſit aſellus homo.

Red vnd Vernunfft dem Menſchen nim̃/
Zum Eſel ſpann/zeucht gleich mit jhm.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XIX.

Ars baculus vitæ.

IOANNI REINHARDO
Comiti Hanouio.



Aſpera ſiue tonat ſors, ſiue ſerena refulget:
Præſidium & decus eſt Ars vtriusq; bonum.

Hauptſchilt iſt Kunſt / Guldnboden frey /
Gwitter wie es wöll / Regn oder ſchney.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XX.

Γνῶθι σαυτόν.

SPECVLVM SOCRATICVM.



Iudicium formæ ſpeculum benè conſule: formæ
Par impar mens ſit, ſi bona vel mala ſit.

Spigl dich offt / ſeyſt Jung oder Alt/ (Gſtallt.
Huͤpſch bhalt im Gmůt/ Huͤpſch wurd auch

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXI.

Ingenio & ſtudio.

IOACHIMO ANDREAE COM.
Schliggio & Pauſſaunio.



Dextra facem, fert læua librum: rotat ala per altū:
Ars, Labor, Ingenium te ſuper aſtra vehunt.

Gut Gmůt/groß Vleiß/hart Arbt im Lebn/
Hoch mit Ehꝛn all inn Hiñl erhebn.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXII.

Fide & clementiâ.

IVLIO COMITI SALMAE
& Neoburgi.



Charus erit Princeps auro gemmisq; decorus:
Charior, ingenuâ cômis vbiq; fidê.


Groß Gut groß Herrn ziert mit Ehr/
Hertz milt/freygebg hand noch vil mehr.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXIII.

Muſæ corona Principis.

PHILIPPO OTHONI
Comiti Rheni.



Princeps indoctus ſine doctis totus inermis:
Organa ceu ſubitò follibus orba tacent.

Stum̃ Orgel iſt ohn Plaßbelg Wind/
Vnglehrt Herr ſtum̃/ ohns glehrte Gſind.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXIV.

Nec propè, nec procul.

GVILIELMO STREIFIO
à Lauenſtein EQV.



Ceu flammâ, magni ſic vtere Principis aulâ:
Si procul eſt, friges: ſin propè flamma, cales.

Alls Fewrs / ſich gbrauchen leſt Hoflebn /
Nicht znahe / nicht zweit / ſoll ſein gar Ebn.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXV.

Virtutis laus optima.

GEORGIO FRIDERICO
Comiti Hardeggio.



Fronte placet mannus, pede diſplicet iſte ſed ægro;
Sic laus virtutis, non placet vmbra tibi.

Gauls wackr Kopff mißfellt/am Fuß krum̃/
Tugend mehr gfellt/ alls ſchlechter Rhum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXVI.

Animo, ratione, conſilio.

IOANNI ALBERTO COMITI Solmenſi.



Conſilium, Ratio, Mens adſit fortis agenti
Res magnas: frenum hoc, mucro, liberq; notant.

Gut Vernunfft/dapffr Hertz/auch weiſr Raht/
Hohe ſachn außricht/ vnd groſſe That.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXVII.

Nobilitas ſola eſt atque vnica virtus.



Si te non generis laus, at virtutis honeſtet:
Cælitùs emerito laurea digna datur.

Vom Gblüt ſchlecht / doch von Tugend recht/
Wirt'gkrönt/ bleibt dhindẽ groß võ gſchlecht.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXIIX.
Sermo index animi.
HILTEBRANDO IORGERO
Lib. Auſtriæ Baroni.



Corde latens vitium vox prodit, geſtus & ipſe:
Ceu color in vitro proditur omnis aquæ.

Wie Gſang/ſo Vogl/ wie Farb/ſo Glaß/
Wie Mund/ſo Hertz/wie Red/ſo Vaß.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXIX.

Te ſine teſte time.

ERNRICO A GERA
EQV. Auſtr.



Sunt aures etiam ſiluis, oculique: loquentur,
Si taceat: latet haud cognita culpa diu.


Gſicht hat das Veld/Ohren die Welt/
Kein Sünd lang hellt farb in der Welt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXX.

Qualis rex, talis grex.

LEOPOLDO LIB. BARONI
à Landau.



Pſittacus à domino proba diſcit, & improba verba:
Sic rex qualis erit, grex quoq; talis erit.


Nachm Gehör böß gut redt Papagey/
Hert Hirtens/ Volck Herrn art volgt frey.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXXI.

Certus in re incertâ amicus.

MAXIMILIANO COMITI
Salmæo ac Neoburgio.



Fulminis & venti vim ſpernit aquæué coloßus
Aereus: ingenuus talis amicus erit.


Him̃lsſtral/Wind/Flut/Ehrinſeul nit beugt/
Kein Vnglück warer Freund nit ſcheucht.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXXII.

Mel in ore, fel in corde.

SENDEVOGIO COMITI Ostrorogano.



Citrea poma foris ſapida, intus acerba probabis:
Fronte placet, tergo falſus amicus obeſt.


Gruch lieblich/Gſchmack herb Citrinat/
Mundzucker/Hertzgall falſch Freund hat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXXIII.

Mens bona regnum poſsidet.

GOTEFRIDO STADLERO REC-
cersburgi, Freibergæ, & Croten-
dorfij Domino.



Mens hilaris, rectè, ſine fine triumphat, agendo:
Poſsidet & regnum mens bona, ſemper ouans.

Lebhertz frölich/vnd guter muth/
Triumphirt ſtets/Reich beſitzt vnd Gut.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXXIV.

Omnis caro fœnum.

IN MORTALITATEM
Humanam.



Flens moreris, flens natus homo. cur ergo ſuperbis?
Mors venit, en? faſtus nil iuuat: omne rapit.

Schmuck wol dein ſchnöden Madenſack/
Todt kompt/ nim̃ts alls/ bricht dir den Nack.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXXV.

Res immoderata libido.

IN CVPIDINEM.



Spurce Cupido vale, vale Iynx quoq; ſpurca : iuuet
Caſtus amor: furor es tu magis, atq; pudor. (me

Blind Lieb weich dann/ vnſinnig bald
Auch Ehrnvergeſſn machſt Jung vnd Alt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXXVI.

Melius nubere, quàm vri.

IN LAVDEM CONIVGII.



Vreris? ergo nube. placet communio vitæ,
Cura domûs, ſociæ gratia, prolis amor.

Frey eher/alls brenn/fleug Hurerey/ (bey
Zeug Kindr/mehrs Gut/deim Weib wohn

EMBLEMA XXXVII.

Non ex aſpectu, ſed ex effectu,

IN PANDORAM.



Pandoræ mala cuncta volant è pyxide pulcræ:
Sæpe ſub aſpectu noxia damna latent.

Nachm Gſicht nicht vrtl/Pandora ſchön/
Vnglücks Stifftern/gibt böſen Lohn.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXXIIX.
Bellua dira libido.
IN CIRCEN ET VLYSSEM.



Pulcra facit Circe meretrix excordia corda:
Fortis Vlyßeâ, qui ſapit, arte domat.

Jnns Vich verzäubert Circe vil/
Schlägt Hurn von ſich/wer Weiß ſein will.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXXIX.

Coniugij ſit caſtus amor.

GVSTAVO COMITI
Friſiæ Orientalis.



Quò Venus alma venit, iunctis venit acta columbis:
Blanda decet thalamos, & ſine labe fides.

Venus die Taubn ziehen im Wagn/
Holdſelig Lieb Eheleut nicht klagn.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XI.

Blanditiâ, non imperio fit dulcis Venus.

GEORGIO COMITI Kirchburgio.



Mercurius, Suadela, Venus, Charis inſidet vno
En thalamo : blandâ voce fouetur amor.

Mercurius bhüt Venus Bett/
Holdſelig Red Ehelieb halt ſtett.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XLI.

Obſequio alitur amor.

VVOLFGANGO LVDOVICO
á Crailsheim EQV. Fr.



Pomum dulce manu coniux, frenumq; maritus
Cur tenet? obſequio gaudet honeſtus amor.

Kutnapffl Fraw hat / der Mañ Zaumsgbieß/
Holdſelig Lieb folg bringt mit gnieß.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XLII.

Coniugij φίλτρον concordia.

CHRISTHOPHORO LEISERO
EQV. Auſtr.



Iuno ſacrum ſine felle, ſacris præfecta maritis,
Dulce fouet: placitus ſit ſine felle torus.

Ehetrůtin Juno kein Gall liebt/
Holdſelig Ehe kein Gifftzorn giebt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XLIII.

Cuſtos domûs vxor.

NICOLAO NIC. F. COMITI
Salmio.



Orta Venus ſpumâ concham pede ſuſtinet: vxor
Cochlea grata viro ſic domiporta placet.

Fraw Venus ſteht auff Schiltkrotnhauß/
Haußſchneck Ehefrau/gdenckt nim̃er drauß.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XLIV.

Coniugij arcana non reuelanda.

IN CANDAVLEM.



Coniugij ſecreta tace: nudare maritam
Auſus, Candaules à Gyge pulſus obit.

Heimlich Eheſachn nicht offenbahr/
Candauls Ehebeth ſicht Gigs mitt gfahr.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XLV.

Res age, tutus eris.

HELMHARDO A FRIDESHAIM
EQV. Auſtr.



Penſa trahit fuſo Lucretia caſta pudoris
Exemplum: coniux caſta labore manet.

Haußarbeit Ehefraw wol gebürt/
Spinnwerck Lucretiam auch ziert.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XLVI.

Amor non Zelotypus.

IN CEPHALVM ET PROCRIM.



Aemulus abſit amor: Cephali transfixa ſagittâ,
Dum latet in ſyluis, æmula Procris obit:

Eheyfer thut nicht allzeit gut/
Procris ſolchs bzeugt/ ligt hie im Blut.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XLVII.

Blanditiâ dulceſcit Amor.

GEORGIO ERNRICHO
Pergero EQV. Auſtr.



Fœta parit meliùs cantus dulcedine Capra:
Blanditiâ, non vi, ſit quoque dulcis amor.

Hirtpfeiff/ Geißtragend hülfft zum werffn/
Freuntlich Ehgſpräch mehr nutzt/ als ſcherfn.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XLIIX.

Donum Dei, vxor bona.

HADRIANO BORCKIO
EQV. Pomerano.



Pygmalionis ebur fit coniux, arte Diones:
Felix, cui placitæ coniugis vſus adeſt.

Ein frum̃ Eheweib von Gott kompt her/
Pygmalions Bild gibt die Lehr.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XLIX.

In vino veritas.

IN BACCHVM.



Quid non, Bacche, vales? recludis operta, miniſtrans
Serta facesque, iris pectora, ſpeque foues.

Der Wein nicht leugt/jedoch offt btreugt/
So bald Hertz vnd Mund Er faſt bfeucht.

D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA L.

Amor Coniugalis.

ANTONIO CAVCIO.



Vna caro, mens vna duobus: ſeparet ambos
Concretos nec mors, nec torus aut tumulus.

Ein Leib/ein Hertz/zwey gwachßn zuſam̃/
Nichts ſcheidt/auch nicht Todts bitter kram̃.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LI.

Tranquillitas Coniugij.

OTHONI QVALIO
EQV. Holſato.



Coniugium felix vt ſit, blandumq; : maritus
Surdus ſit, coniux cæca ſit OTTO, *domi.*

Blind ſey das Weib/ Taub ſey der Mann/
Soll Lieb in Ehe lang wol beſtahn.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LII.

Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

NICOLAO HAGIO
EQV. Holſato.



Felix eſt vxor, felixque maritus: amantûm
Par, quum par coniux ducit vterque iugum.

Zwey gleich Joch Mann vnd Weib zihn wol/
Dann iſt das Ehebeth freuden vol.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LIII.

Fundamentum familiæ vxor.

IN OCNVM.



Spartum Ocnus torquet : turpis mox rodit aſella:
Sic partas vxor prodiga carpit opes.

Mañsſchweiß verzehrt vnheußlich Weib/
Saylfräſſig Eßl zehrt von der Scheib.

EMBLEMA LIV.
Suo Sorex indicio perit.
IN SORICEM.



Prodit Epops nidos, & Picus in arbore: lites
Sic propriæ vulgat ſtultus vbiq; domûs.

Widhopff/ auch Specht beſchmeiſt ſein Neſt/
Haußzänck verſönt bald/macht Ehe veſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LV.

Tutum ſilentij præmium.

HARTMANNO LIB. BAR.
á Landau.



Tutus honos ſiluiſſe. Leæna elinguis Athenis
Seruatæ patriæ præmia digna tulit.

Lowͤin Stilletrew/Zung frißt im Mund/
Ehe ſchwetzt/Hochgehrt z Athen/ alls kund.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LVI.

Nec auro, nec ferro.

IN M. CVRIVM.



Qui frugi fortisque vir eſt, nec vincitur auro,
Nec ferro: teſtis ſis mihi, Marce Curi.

Heldn muth wedr Golt/ noch Eyſen läſt/
Sich vberwindn/ wie Curius/ veſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LVII.

οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος.

IOANNI COMITI RHENI OTH. F.



Viue domi, tibi viue: ſua eſt domus optima: tergo
Cochlea ceu propriam fertq; refertq; domum.

Eygn Herd/Golds werd/ſein Hauß auff Erd
Als dSchneck jeder hab lieb vnd wert.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LIIX.

Aurea libertas.

IN PSITTACVM.



Aurea libertas: auis en caueæ abdita Græcum
χαῖρε canit, cantûs immemor ipſa ſui.

Menſchn Stim̃ Vogl lernt/vergiſt der Sein
Im Kåfft / Leb frey/ſo lebſtu fein.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LIX.
Fortuna infida.
ERASMO LIB. BARONI
Starembergio.



Fors triplex : inſana, & cæca, & ſurda : nec audit
Quod decet, aut cernit, nec ſapit ipſa bonum.

Glück dreyerley / nach alter ſag/
Blind/Taub/Vnſinnig/thut was mag.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LX.

Fortuna Aulica.

EBERARDO RVPIS SPOLE-
tanæ & Vasgoiæ Domino.



Sors aulæ varia eſt: Irus fit Crœſus vt arte:
Calculus hîc poſitus plúsue minúsue valet.

Hoffglück eim Zahlpfennig gar gleich/
Ligt vndn oder obn/ iſt Arm vnd Reich.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LXI.

Plus aloes, quàm mellis.

IOACHIMO LIB. BARONI
Zinzendorfio.



Vnum damna bonum penſant duo: dolia prauis
Læua patent Iouis hîc, dextera clauſa bonis.

Mehr Böß/ alls Guts auff Erden iſt/
Vngleich außtheilt zu diſer friſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LXII.

Tria hominis præcipitia.

SEBASTIANO AB HATZfeld EQV.



Tres hominis peſtes: Auri fames, Ira, Libido:
Præcipitant Erebo ſola vel iſta viam.

Geitz/Zorn/böß Lieb drey Laſter ſind/
In Schand vnd Spott die ſtürtzen gſchwind.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LXIII.

Quatuor ſenſûs corruptelæ.

IOAN. IACOBO COMITI
Oſtrorogio.



Sæpe ſolent hominum ſenſus peruertere rectos
Quatuor hæc : Odium, Munera, Terror, Amor.

Vier ding verkehrn recht Menſchen ſinn/
Haß/Lieb/Forcht/Gſchenck/da witz zerrinn.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LXIV.

Aduerſum ſtimulum calces.

IN THEOMACHVM.



Stulte, quid in cœlum iacularis? lædere diuos
Haud potes: at lædis te iaculando magis.

Jnn Himl abſteh zſchiſſen/vil Ehe/
Alls Gott/verletzet dich mit weh.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LXV.

Seipſum noſse ſapientia ſumma.

CAROLO LIB. BARONI
Liechteſteinio Hartm. F.



Qui benè ſe noſcit, benè noſcit is omnia: viuam
Sic faciem ſpeculi fulgor in ære refert.

Wer ſich wol keñt/keñt all ding ſchon/
Im Spiegl als ſchaut ſeins Angſichts kron.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LXVI.

Tecum habita,

IN SVFFENVM.



Tecum habita: latet en igńoto mántica tergo:
Propria diſsimulans cur aliena notas?

Spott niemand/kenn zvor dich recht wol/
Vffm Ruckn dein Sack ſteckt Laſter vol.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LXVII.

Corpus excors ſepulcrum.

MARCO HOHENFELDERO
Aſtershaimi & Almeggi Domino.



Si cui contingit robur ſine mente: ſepulcrum
Ipſe ſibi, aut viuum, Marce, cadauer homo eſt.

Sterck ohn verſtand/Cörper ohn Seel/
Ja lebendig Grab iſt/ohn all fehl.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LXIIX.

Virtus,non numerus vincit.

PHILIPPO LIB. BARONI
Vinaburgio.



Virtus, non numerus vincit : perit Herculis ecce
Preſsa manu, mortem turba puſilla parans.

Tugend der Vile weit vberlegn/
Hercles zerknitſcht Zwerg vil ohn degn.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LXIX.

Vincit vim virtus.

ERASMO HENRICO EINSI-
delio E Q V. Miſn.



Vincit vim virtus: Crocodilum mellis Ichneumon
Prædonem magnum beſtia parua necat.

Tugend für Gwalt/Groß Crocodill
Klein Würmbl liſtig tödtet gar vil.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LXX.

Vim ſuperat ratio.

GVILIELMO A KREVTH
EQV. Boio.



Plus ratio, quàm vis, præſtat: Polyphemus Vlyſsis,
Cernis, vt arte, ferus lumine caſsus abit.

Vlyſſis Witz die Augn außſticht
Cyclopis Macht/mit jhm nicht ſicht.

EMBLEMA LXXI.

Neque mel, neque apes.

CAROLO ZEROTINIO, LIB. Boem. Baroni.



Spina roſas armat, mel apum ceu ſpicula: nulla
Sic incommoditas commoditate caret.

Kein Vnglück ohn Glück/Roſen Dorn/
Honig Binſtachl verwart erkorn.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LXXII.

Nihil feciſse benignè.

BENEDICTO QVALIO
EQV. Holſat.



Cernis, vt altorem canis improba mordet alumna:
Sic mala pro meritis gratia ſæpe redit.


Mit vndanck lohnt d Welt all Gutthat/
Sein Herrn der Hund beißt fürs Tiſchbrot.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LXXIII.

Spes aulica.

IOANNI GVILIELMO à LANDAV
Lib. Auſtr. Baroni.



Aureus eſt follis flatus, Spes aulica: multa
Somnia, qui nimium ſperat, inanè cupit.

Bey Hof Hoffnung nichts anders iſt/
Vergulter Plaßbelg Wind mit liſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LXXIV.

Aut Deo, aut Mundo.

FRIDERICO CHRISTOPHORO
Comiti Mansfeldio.



Quis poterit cœlum pariter, terramque tueri?
Sic mundi ſimul haud eſt amor, atque Dei.

Gen Him̃l zugleich vnd Erd ſehn recht/
Gott liebn vnd d Welt niemand kan ſchlecht.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LXXV.

Lux corporis anima.

PETRO VVOLOVICIO
Palatino Polono.



Lux anima eſt, corpus laterna: vt luceat illa,
Plumbea ne ſit, & hæc ferrea, Petre, caue.


Liecht iſt die Seel/ Latern der Leib/ (bleib.
Pleyen ſeys nicht/noch Eyſrn/ das Liecht

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LXXVI.

Sola ſerenat virtus.

IOANNI COMITI
Friſiæ Orientalis.



Pulcra dies hyemis, ſit inops ſine crimine virtus:
Ops virtutis egens ſit ſine Sole dies.

Schön Winterstag/ Tugend ohn Gut/
Ohn Sonn Tag/ Gut ohn Tugend thut.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LXXVII.

Medicina animæ verbum Dei.

IO. PHILIPPO LIB. BAR.
Hohenſaxio.



Sanat dira canis ceu linguâ vulnera: Paſtor
Pectora ſic verbi languida ſanat ope.

Hundszung heilt Wunden/Prieſters Zung/
Mit Troſt Hertzwundn heilt alt vnd jung.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LXXIIX.

Explorant aduerſa viros.

VICTORI AB ALTHAN
Lib. Auſtr. Baroni.



Quod grano ploſtrum, quod ferro lima, quod auro
Fornax: hoc homini crux ſolet eſſe pio.

Creutzoffn bwert Tugend/ als Fewr das Gold/
Als Eyſn die Feyl/ als Flegl Korns ſolt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA LXXIX.

Πόῤῥω Διὸς:

IN AVLVM.



A Ioue ſis, moneo, procul, atque à fulmine: ſæuum
Fulmen, quàm fulgur promicat, antè ferit.

Fleuch weit vom Straal vnd groſſen Herrn/
Ehe ſchlägts/als plitzt/das Wetter gern.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXC.

In ſecurim Principis.

E GRÆCO.



Si rectè facies, argentea tota: bipennis,
Si prauè facies, ferrea, ſemper ero.

Handelſt recht/Silbern bin ich zwar/
Handelſt vbl/Eyſern werd bald gar.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXCI.

Quatuor pacis hoſtes.

CAR OLO LIB. BARONI
Burgundiæ.



Quatuor hæ peſtes ſunt hoſtes pacis amicæ:
Liuor, Auarities, Faſtus, & Ira ferox.

Vier Friedsfeind gifftig ſein vff Erd/
Neid/Hoffart/Geitz/ Zorn/ ſein nichts werd.

F

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXCII.

Cede maiori.

IN THRASYDILOS.



Sopitum, Lepores, petitis quid dente Leonem?
Vno, nî fugitis, vos premet vngue Leo.

Am ſchlumenend Loͤwn was zupfft jhr Haſn.
Flihet jr nicht/ Ein Klaw zreiſt euch dNaſn.

EMBLEMA XXCIII.

Ne nimis alta pete.

IN BELLEROPHONTEM.



Lapſus equo perit alato, dum ſidera tranat
Bellerophon: cautus, ſi ſapis, alta fuge.

Steig nicht zu hoch/Bellerophon
Gen Himl reitt/zur Erd felt mit Hohn.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXCIV.

Viuitur ingenio.

LVDOVICO HOHENFELDERO
Aſtershaimi & Almeggi Domino.



Saluus honor doctis: ceu penna ſupernatat vndis,
Preſſa licet: galeis hinc quoque criſta datur.

Glehrt vntertruckn luſt vil vff Erd/
Noch ſchwim̃t die Feder Ehrenwert.

EMBLEMA XXCV.

Mundi gratia.

GEORGIO ACHACIO
Enencelio EQV. Auſtr.



Ingrato cuculus nutricem deuorat ore:
Sic multis pietas officioſa nocet.

Vndanckbar Gauch ſein Brutern friſt/
Allr Welt Lohn/für Guts/Vndanck iſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXCVI.

Liuor iners vitium.

IN LIVIDVM.



Quò non Liuor adit? paſsim ſine lege vagatur:
Serpentis caudam condere nemo poteſt.

Reich vnd Arm hie/daß Gott erbarm/ (d Arm.
Vol haß vnd neids/ Schlangſchwantz ſtreckt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXCVII.

Clauus clauo tunditur.

IN MALIGNVM.



Si nõ vngue premas, nocet haud tibi Scorpius: vltor
Læſus obeſt: Aquilæ Taurus vt oua necat.

Verletz nicht/bleibſt auch vnuerletzt/
Truck Scorpion/Gifft haſt zu letzt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXCIIX.

Probitas laudatur, & alget.

IOANNI LIB. BARONI
Burgundiæ.



Spreta iacet probitas: laudatur ſæpe, ſed alget:
Alget inaccenſo ceu focus igne domi.

Frombkeit das höchſt Hauptgut man halt/
Doch faſt/ohn Fewr wie Herd/ erkalt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XXCIX.

Multi vocati, pauci electi.

IOAN. CHRISTOPHORO
VVilichio, Grondeſtenij Domino.



Cœlo mens defixa, ſapit diuina: nec audit
Ceruus humum ſpectans, nî leuet ipſe caput.

Der Hirſch nichts hört im ſehen zur Erd/
Vffſehen gen Him̃l/ bey Gott macht werd.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XC.

Fortunam reuerere.

SVEICCARDO IVL F.
Com. Salmio.



Aeſtu læta canit, brumâ fit muta Cicada:
Stat cum fortunâ faſtus, & inde cadit.

Som̃rvogl Hewſchreck im Winter ſtill/
Schnell Glück / ſchnell Vnfall gibt faſt vil.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XCI.

Solus ſapiens diues.

GEORGIO ERASMO TSCHER-
nemblio Lib. Auſtr. Bar.



Quis diues? Solus ſapiens. cur? nil cupit ille,
Aut metuit: vitam cum ratione regit.

Weißheit größt Reichthumb man recht acht/
Bſitzt ſelbſt ſich/bſitzt alles ohn macht.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XCII.

Non in ſermone, ſed virtute.

IN CENSOREM
iniquum.



Luſciniæ cuculum cantu præponit Aſellus:
Auriculas aſini cenſor ineptus habet.

Gauchsgſang für Nachtgalls Eſel helt/
Nicht alls iſt recht/ was Langohr gfelt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XCIII.

Latet ſub melle venenum.

MICHAELI FORGAZIO,
Baroni á Gymes.



Quid, niſi melle litum eſt, oratio blanda, venenum?
Mella liquans, ſua per ſpicula lædit apis.

Bianſtachl offt Gifft mit Honig laßt/
Gut Wort/ btrogn werck hie ſihet man faßt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XCIV.

Medicum honora.

MAVRICIO VVELZERO,
Eberſtenij Domino.



Par meritis ſit honos medico: Phœbeius anguis
Præmia fert, pecudum quæ ſacrat omne genus.

Allr ehrn der Artzt vff Erd iſt werth
Gleich Aſclepi / vmb Leibs beſchwert.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XCV.

Luxuriæ multa deſunt.

IN ASOTVM.



Prodigus haud multùm hærede͂ iuuat: alea pernox.
Cui placet, & Bacchus, cum citharisque Venus.

Tantzn/ſpiln/ſauffn/praſſn/ſchlem̃n wem wol-
Hilfft erbn wenig/zum betl ein Held. (gfelt/

EMBLEMA XCVI.

Auaritiæ deſunt omnia.

IN AVARVM.



Dum ſeſe fraudat, ſua rodit & oſſa malignus,
Quamuis diues opum, viuit auarus inops.

Hundsart der Geitzig hat/nagt Bein/
Iſt jhm nichts gnug/das iſt ſein pein.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XCVII.

Magnas inter opes inops.

VVOLFGANGO HOHENFELDERO,
Aſtersheimi & Almeggi Domino.



Dum parcit numis, genium defraudat auarus:
Inter opes ſiccò concoquit ore famem.

Geitzig gnug hat/würd nimmer ſatt/
Er darbet deß / was Er gnug hat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XCIIX.

Luxuria peſtis blanda.

HERVVARDO AVRSPERGIO,
Lib. Carniolę Baroni.



Non gladius, Martisque furor tot pectora perdit:
Quot Gula iam paſsim, Bacchus, Amorq; necat.

Freſſn/Sauffn/Buln/ ertödt Menſchen mehr/
Als ſcherff deß ſchwerts/auch Krieg ohn gfehr.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA XCIX.

Malus prorumine rumor.

IN GASTRIMARGVM.



Quo Gulo plus vorat iſte, loquax plus eſſe laborat:
Lingua cui & podex omnia, & ipſe nihil.

Je gröſſer Fraß / je gſprächer Vaß/
So vndn/als obn vbrgeht ohn maß.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA C.

Veneris illex Bacchus.

IN CORYBANTES.



Bacchus habet comites Bacchas, Satyrosq; procaces:
Præſtò nî ſit, Amor languet, & ipſe chorus.

Beim Wein Lieb brin̄t/auch Füß bald gwin̄t/
Ohn Wein kein Tantz/noch Lieb brunſt blind.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CI.

Gulæ ſeruitus.

IOAN. DAVIDI BOTZHEI-
mio, Bern. F.



Sex menſes vitam ducit Gulo: ſeptimus Orco
Cedit: ſic tumulum conficit ore ſibi.

Halb lebt/ halb ſtirbt Fraß vnuerricht/
Sein Grab mit Zähnen jhm zuricht.

EMBLEMA CII.

Nuſquam tuta fides.

ANDREAE BARONI
Eilenburgio.



Fallit aues laqueo, vicinos limite fallit
Ruſticus: heu toto iam exulat orbe fides.

So menſchn/als vögl btreugt Baur vnd Herr/
Kein Glaub/noch Trew auff Erd iſt mehr.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CIII.

Malè parta, malè pereunt.

IN PHILOPLVTVM.



Diſpereunt malè parta: Deum diuinaque quære:
Eumenis iniuſtas puluere vertit opes.


Böß gwunnen Gut/zerrunnen böß/
Such Gott/das höchſt Gut dir erköß.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CIV.

In Picturam Veneris.

VVEICCARDO AVRSPERGIO
Lib. Carniolæ Baroni,



Cur Dea nuda Venus? opibus quòd nudat amantes?
An potiùs ſpoliat quòd ratione bonâ?

Wer bult/an Muth bloß/nackt an Gut/
Fraw Venus thut/bloß drum̃ gmahlt ruht.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CV.

Venus cur nupta Vulcano.

HERVVARDO LAMBERGIO
Lib. Carniolæ Baroni.



Perpes Amor calor eſt, & corpora torret amantûm:
Vulcano docet an hoc quoque nupta Venus?

Venus Vulcano heyrt Voll Fewr/
Voll Hitz Lieb iſt gantz vngehewr.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CVI.

In Picturam Amoris.

HVLDRICHO FREVVVIR-
THIO EQV. STIR.



Cæcus Amor, volucer, nudus, face dirus & arcu,
Fulmen vt, incautos, quàm micat, antè ferit.

Lieb blind/nackt/ Gflüglt/ Fackl hat vnd Bögn/
Ehe mans gwar wurd/ thuts hertz bewegn.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CVII.

FRIDERICO á BRAND
EQV. Turingo.



Nec mūdus ſine Sole, nec eſt ſine prole, (quod aiūt)
Felix coniugium, lætificusque torus,

Ohn Sonn die Welt/ Ehebett ohn Kind/
Kein Freud bringt/ trawrig iſt vnd blind.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CIIX.

Culpæ pœna comes.

IOANNI THEODOSIO
Neruio, Io. F.



Scorpius Oriona necat, clàm ſtupra Dianæ
Dum parat: haud pœnâ culpa nefanda caret.

Kein Sünd ohnſtraffbar/Orion
Vmb Vnzuchts willn ſticht Scorpion.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CIX.

Pietati ſtudendum.

CONRADO COMITI Tubingenſi.



Ignem res haud magna fouere, calore fouentem
Cuncta: Dei ſed tu mite cor igne foue.

Fewr auſſmachn/ nicht ſo groß als Kochn/
From̃keit gring ſcheint/ drauff ſol man bochn.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CX.

Felicitas ſubita metuenda.

HERMANNO LIB. BARONI
Burgundiæ.



Aeſtu læta canit, Brumâ fit muta cicada:
Stat cum fortunâ faſtus & inde cadit.

Schnell glück/ſchnell vnfall/ Hewſchreck ſingt.
Im Soñr/im Winter klein laut ringt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CXI.

Paruus hoſtis nullus.

THEOPHILO DAMASIO
Baroni à Digonia Gallo.



En Iouis armigerum Scarabæus prouocat vltrò:
Conſilio ſuperans, viribus ipſe minor.

Dem Adler prach Schrötter ſein Eyer/
Rath gut thut mehr/als Stärck vngheẅer.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CXII.

Quodpotes, id tenta.

E GRAECO.



Aethiopem quid ſtulte lauas? quid tempora fallis?
An tenebris noctem poſſe carere putas?

Am Mohrn wäſchſtu/bringſt Zeit ſo zu/
Auß Nacht Tag machn vergebns meinſtu.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CXIII.

Precio, non prece.

IN MERETRICVM peruicaciam.



Flectitur haud prece, ſi precium non ſuppetat auri:
Improba ne meretrix te necet, ergo caue.


Fleuch vppig Weib/nimpt all dein Hab/
Nichts gibt/ſpott dein/mußt ſein Schabab.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CXIV.

Neſcit vox miſsa reuerti.

IN CLERICORVM inſignia.



Lubrica verba caue, digito compeſce labellum:
Preßa anguilla manu lubrica ritè manet.


Dein Mund bewahr/ ſchlüpffrig ſein Wort/
Als glatter Aal/ heb feſt/ bleibt fort.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CXV.

νόμοσ καὶ Χώρα.

HENRICO TSCHERNEMBLIO
Lib. Auſtr. Bar.



Sit Polypi tibi mens vafri, qui protinus illa,
Se quibus admôrit, Saxa colore refert.

So manch Land/ ſo manch Sitten ſind/
Nachm Ort verkert Farb Pulpe gſchwind.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CXVI.

Conſcientia mille teſtes.

ALBICO COMITI
Tubingenſi.



Piſa canis fugitat crepitantia territus vtre :
Conſcia mens folij territa voce pauet.

Erbsplaſn am ſchwantz den Hund ſchreckt ſehr/
Böß gwiſſn den mēſchn ſchreckt doch vil mehr.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CXVII.

Lætitiæ comes dolor.

IN DEMOCRITVM.



Perpetuo pulmonem agitas Democrite riſu:
Ludus, vita? nego: ſit comes immò dolor.

Lach nicht zu ſehr/ kein Freud ohn Leid/
Vil lachn/ vil trawrn gibt mit der zeit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CXIIX.

Nil nimium.

IN HERACLITVM ET Democritum.



Quid fles, Heraclite? quid ô Democrite rides?
Nil nimium: placeat ſemper vtrinque Modus.

Frolock nit zuiel/noch trawr/ Maß halt/ (bald.
Nach Soñ Regñ/nach Regn Soñ kompt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CXIX.

Quatuor hominis affectus.

CHRISTOPHORO COMITI
Friſiæ Orientalis.



Spes, Metus, Ira, Dolor turbant mortalia corda:
Imperet his Ratio: norma ſit ipſe Modus.

Frewd/ Schmertz/ Forcht/ Hoffn /Anfechtung
Hälts Mitl/ Vernunfft die wol regier. (vier/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CXX.

Pro aris & focis.

GEORGIO FRIDERICO
Marchioni Badenſi.



Sanguine Pygmæo Grus rapta vlciſcitur oua:
Pro patrijs fas eſt belligerare focis.

Kränch bkriegen Zwerg von Eyrraubs wegn/
Feindsgwalt ſich gbürt wol zwiderlegn.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CXXI.

Fama virtute lucranda.

CAROLO IVI. F. COMITI
Salmæo.




Si quæris famam, virtute age Carole famam
Sic eme, quò te humeris tollat ad aſtra ſuis.

Ewig Ruhm gibt Tugend allein/
Gen Him̃l erhebt/ die ſolch Ehrn ſein.

EMBLEMA CXXII.

In vtrumque paratus.

IN L. AEMIL. PAVLVM triumphantem.



Læteris nimium ne victor, Paule, triumpho:
Nola ſonat: fortis ſis vtriusque memor.

Frolock nicht zuil/von Triumphs wegn/
Beyds Glücks ſey mehr ingdenck darnebn.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CXXIII.

Vitæ via mortalis.

FRIDERICO PRINCIPI
Noruegiæ, Duci Holſatiæ.



Vita via eſt: farrago viæ ſunt cura dolorque,
Et labor: at mors eſt vltima meta viæ.

Walfart iſt Lebn/voll angſt vnd noth/
Zilſtad iſt Todt/ Genad vns Gott.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CXXIV.

Viue moriture.

IN PHILIPPVM MACE-donem Regem.



Mortis es, ô mortalis homo: ſic voce moneri
Rex, HOMO SVM, pueri manè Philippe cupis

Sterblicher Menſch/ ſterbens gedenck/
Vnſterblich ſuch/ Sonſthertz nicht kränck.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CXXV.

Mundana Gloria vana.

HERMANNVS COMES TVBIN-
genſis loquitur moriturus.



Carne meâ, Sol iuſtitiæ, te CHRISTE videbo:
Mors, Satan, Orce, Caro, Gloria vana vale.

Weltlich Ehr iſt vergånglich Ehr/
Ewig Ehr bgehr bey Chriſt vil mehr.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CXXVI.

Tres mundi ætates.

PHILIPPO PRINCIPI NOR-
uegiæ, Holſatiæ Duci.



Triplex hoc æuum: Vacuum, Lex, Gratia: Adamus
Moſes, Chriſtus, Dux: ſeclum erit inde nouum.

Sechs tauſnt jar/drey Welt/Oed/Gſatz/Gnad/
Verkürtzts Gott/ macht vnſr Miſſethat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CXXVII.

Spes altera vitæ.

VITO CHRISTOPHORO
VVelzero Eberſtenij Domino.



Vere nouo remeat, ſub Brumam Rana ſepulta:
Mortuus in vitam ſic redit alter homo.


Froſch lebt im Lentz/ Winterszeit todt/
Vom Todt erweckt Menſch lebt durch Gott.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

EMBLEMA CXXIIX.

Summa rerum.

IESV CHRISTO OPT. MAX.



Felix ô quem parte locas, poſt funera, cœli
Chriſte: perennis vbi vita ſalusque manet.

Selig/ den Gott im Him̃l zu letzt/
Auß diſm Lebn ins Ewig verſetzt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

N. REVSNERI

Agalmata

XII. Anni Temporum.

ITEM

Diſticha in Icones

VII. Artium liberalium.

IV. Artium Maiorum.

IX. Muſarum.

III. Gratiarum.

VII. Virtutum.

VII. Planetarum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

NOBILISS.

D. HENRICO RAMMELIO FRID. II. REG. DAN. CONſiliario Primario.

Anagrammatiſmus.

HENERICVS RAMMELIVS:
MIRA VI CLEMENS HERVS.

MIRA VI CLEMENS HERVS omnia recreat
Ceu Phœbus reficit lumine cuncta ſuo. (vnus,
Talis es, & tantus, vir maxime. maxima virtus
Te decet eloquij, conſilijque fides.
CHARVS ob id SVMME Regi, cui Dania pâret:
Tam RE, quàm docti cognitus ore LINI.
Tu tamen & bonus es Muſis, clemensque patronus:
Mecœnas vt auis Regibus ortus Eques.
O vim doctrinæ miram: quò clarior exſtat,
Charior hoc virtus, commodiorque venit.

N. Reuſnerus D.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

SYMBOLA.

XII. ANNI TEMPORVM.

Ex Euſtachio.

HENRICO RAMMELIO REG.
Dan. Conſiliario.

I.

Procinctus.



Ceſsit hiems: Miles iam linque hiberna: ſit haſta
Sit clypeus præſtò, ſit mucro, vere nouo.

Lentz kompt herbey/ Frey wackr nach gbür
Zum Streit grüſt tritt ins Feld herfür.

II.

Fœtura.



Nunc fœcundus ager, pecoris nunc hora creandi:
Molliat ô partûs ſiſtula, Batte, nouos.

Pfeiff Båwrle/Viehzucht Frůling mehrt/
Vom Stall wañs Vieh ins Feld außfert.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

III.

Florilegium.



Maius, amor Veneris: Maio Venus aurea ſertis
Gaudet, & innumerò flore ſerenat humum.

Liebsbrunſt im Meyen ſich rürt ohn maß/
Blůmlein/als Stern/Ziert Laub vnd Graß.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

IV.

Fœniſecium.



Falce metit nudus, vultu horridus, arua colonus:
Linque toros, ad opus te vocat omnis ager.

Zur Arbeit fordert Hewmonat/
Schaw wie die Sänſe in händn er hat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

V.

Meſsis.



Meſsis adeſt: voti plenus, ſata meſsor agrorum
Oblitus ſomni, congerit, atque cibi.

Erntzeit iſt da/Lieb Sat mit Eyl/
Bawrsman Einernt/laſt jm kein weil.

VI.

Aeſtus.



Sirius vrit agros : nunc torridus æſtuat aër :
Ipſa ſitis potu creſcit anhela magis.

Hundsſtern all Hitz weit vbertrifft/
Vil trinckens gibt/bringt ſchadn/als Gifft.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

VII.

Vindemia.



Pampineas nouus en Autumnus porrigit vuas:
Purpureique redit vena liquore meri.

Herbſt Trauben gibt/ Erfriſcht das Gblüt/
Gut Wein/gut Muth/ Leichſinnig Gmüth/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

IIX.

Aucupium.



Temperie medius, victûs hyemisque futuræ
Sat memores, viſco ſimplice captat aues.

Den Vögln Bawr mit Leimruthen ſtellt/
Zu Mütlherbſtzeit in Schlöpff die fällt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

IX.

Aratio.



Bobus humum renouat cultam ſpe plenus arator:
Quæſtus agri bonus hic nobile fœnus habet,

Das Feld von newem pflügt vnd bawt/
Ackrwerck vil můh hat/doch Gott trawt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

X.

Satio.



Seminat, atque recondit humo Cerealia dona
Ruſticus, humanis apta futura cibis.

Von Newm geſeht verſcherrt ins Land/
Segnts Gott/ gibts widr mit reicher Hand.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

XI.

Venatio.



Luſtra ſubit nemorum, prædis intentus opimis,
Cum canibus: fruges horrea quando replent.

Nach gſchehener Arbeit zeugt ins Feld/
Erluſtigt ſich mit jagn ein Held.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

XII.

Focus.



Frigore triſtis hyems pariter, triſtisque ſenectus:
Splendeat aſsiduo iam tuus igne focus.

Dem Winter herb gleichts Alter kalt/
Beim Fewr erwärm dein Leib ſchon alt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

IN SEPTEM ARTIVM
Icones Diſticha.

NICOLAI REVSNERI.

Grammatica.

Prima fores Sophiæ, recluſo limite, pando:
Scribere quæ puerum ritè, loquique volo.

Dialectica.

A falſo verum, à curuo diſtermino rectum:
Diſcenti dubiæ duxque, comesque viæ.

Rhetorica.

Si quid dicendum eſt, dico benè, verba colorans:
Quælibet eloquio ſit bona cauſa meo.

Muſica.

Carminibus neruos aptans, & carmina neruis:
Dulcibus exhilaro pectora mœſta modis.

Arithmetica.

Par impar numeris veſtigo ritè ſubactis:
Me pete, concinnè ſi numerare cupis.

Geometria.

Menſuras rerum ſpatÿs dimetior æquis:
Quid cœlo diſtet terra, locusque loco.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Aſtronomia.

Aurea ſublimis contemplans ætheris aſtra,
Sidereos motus mente viceſque noto.

In Eaſdem.

HENRICI RANZOVII

Grammatica.

Grammatica os tenerum pueri, balbumq; figurat:
Scientiarum cæterarum ianitrix.

Dialectica.

Vti hominem ratione docet Dialectica, quare
Meritò artium apicem magnus hanc Plato vocat.

Rhetorica.

Rhetorice gratos ſermoni aſtuta colores,
Quò dulcius fluat is ad aures, adijcit.

Muſica.

Concentum inter ſe diſcrimine grata canorum,
Aure eruditâ deprehendit Muſica.

Arithmetica.

Hæc contemplandis numeris ars gaudet, eorum
Occulta ſolers eruens myſteria.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Aſtronomia.

Aſtrorum Vranie curſûs, variosque recurſûs
Oculis notans, futura mente præuidet.

Geometria.

Veſtigare Geometriæ interualla locorum eſt,
Quamque alta, longa, lata rerum corpora.

In Eaſdem.

INCERTI AVCTORIS.

Grammatica.

Grammaticam pueris ego prima Polymnia trado:
Et iubeo memores dicta tenere rudes.

Dialectica.

Euterpe delecto bonos: Dialectica noſtro
Auxilio, nebulis caſſa, docenda venit.

Rhetorica.

Melpomene dulci mea verba recenſeo linguâ:
Rhetorices dicor præuia Muſa fori.

Muſica.

His Erato ſubeo: noſtrum pia Muſica donum
Flectere me caſtâ pectora voce iuuat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Arithmetica.

Terpſichore delecto chorum: concordia noſtra eſt:
Imperioque ſubeſt res numeranda meo.

Geometria.

Menſuras doceo, cunctarum & pondera rerum:
Hac iter ad verum monſtro Thaleia decus.

Aſtronomia.

Vranie monſtro ſtellas, & ſidera cœli:
Sum decus, & reliqui gloria viua chori.

In Eaſdem.

INCERTI AVCTORIS.

Grammatica.

Grammatice reliquis elementa, viamque miniſtrat
Artibus, & ſolido cunctans fundamine fulcit.

Dialectica.

De themate omnigeno Dialectica diſputat, & quâ
Quærendũ in dubijs ſit verũ indagine, monſtrat.

Rhetorica.

Rhetorice vario delectat ſplendida cultu:
Ornatumque adhibet dictis, viuosque colores.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Muſica.

Muſica multiplici mentes modulamine mulcet:
Cui præbent operam vox, fiſtula, tibia, chorda.

Arithmetica.

Tradit Arithmetice numeros, ſparſimque vagantes
Colligit, & certâ in ſummas ratione coërcet.

Geometria.

Terrarum ſpatia & metas Geometria ponit,
Diſtinguitq; plagas, monteſq; ac flumina luſtrat.

Aſtronomia.

Cœlorum varios motûs ſcrutatur, & orbes
Aſtrologus, penetratq; polos, atq; aſtra pererrat.

IN ICONES QVATVOR
Artium maiorum:

NICOLAI REVSNERI.

Philoſophia.

Sermonis, morum, naturæ iura profeſſa,
Prudentes reddo, doctiloquosque viros.

Theologia.

Quid Deus, & quâ ſit pietate fideque colendus,
Numinis edoceo lumine plena ſacri.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Iuriſprudentia.

Ius æquumque bonum colo: iuſtitiæquê miniſtra,
Iudicij cauſas pondero lance pari.

Medicina.

Arte leuo morbos, & do Medicina ſalutem:
Quæque iuuet, monſtro, quæque ſit herba nocens.

IN NOVEM MVSAS.

Diſticha

NICOLAI REVSNERI.

Cleio.

Cleio geſta canis regum: caſtæque ſorores
Applaudunt numeris voce lyraque tuis.

Euterpe.

Dulciloquis calamos Euterpe flatibus vrges:
Si dulci miſces vtile Muſa, ſat eſt.

Thaleia.

Tu viridem veluti ſpatiando Diua per hortum,
Aeterno famæ flore virêre facis.

Melpomene.

Lugubres pariter tu præcipis, atque ſerenos
Cantus: Melpomenes nomina digna geris.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Terpſichore.

Tu citharam pulſas, & ducis læta choreas
Terpſichore: tecum turba nouena ſalit.

Erato.

Si Venus eſt Dea, ſi Veneris puer auctor amoris,
Dic, Erato, cur tu nomen amoris habes?

Polymnia.

Siue Polymneia es, Dea, ſeu Polyhymnia dicta:
Mens memor, aut nomen laus tibi multa dedit.

Vrania.

Tu cœlo genita es, ſimul & cæleſtia cantas:
Muſa faue, & cœlo nos quoque Diua loca.

Calliope.

Maxima Calliope Muſarum, carmina donas
Omnia: quàm bellè nomina bella geris!

In Eaſdem.

HELII EOBANI HESSI.

Clio.

Sacri prima chori, Muſarum præuia, Clio:
Addo ſuam rebus temporibusque fidem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Eutcrpe.

Me chorus Euterpen, quia ſum iucunda, vocauit:
Et mea plus alijs fiſtula dulce canit.

Thalia.

Quòd me ceu viridi ſpatiantem cernis in horto:
Floribus æternis apta Thaleia fui.

Melpomene.

Melpomene reliquas ſupero dulcedine cantûs,
Sunt qui me Tragicis moribus eſſe putent.

Terpſichore.

Terpſichore citharam pulſo, ducoque choreas:
Hinc me Sirenas progenuiſſe ferunt.

Erato.

Quamuis caſta Erato caſtis aſpiro poëtis:
In ſua vota tamen me vocat omnis amans.

Polyhymnia.

Aucupor innumeris Polyhymnia cantibus aures:
Aeternumque canunt organa noſtra melos.

Vrania.

Vranie cœleſte genus, cæleſtia canto:
Eſſe deos facio, qui mea regna colunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Calliope.

Vox bona, Calliope, Muſarum maxima dicor:
Singula ſunt alijs, omnia nota mihi.

In Eaſdem.

PAVLI MELISSI FRANCI.

Cleio.

Cleio virtutem laudo, præclaraque geſta:
Laurea militiæ, pacis oliua comes.

Euterpe.

Euterpe delecto animum, mentemque ſereno:
Exulet à lætis turba ſeuera iocis.

Thaleia.

Si quæro ſiluas hortosque Thaleia virentes,
Nomina res hæc eſt non aliena meo.

Melpomene.

Melpomene liquidi modulamine gaudeo cantûs:
Incito corda ſonis, mollio corda ſonis.

Terpſichore.

Terpſichore fatuas auerſor amœna choreas:
Reddite Germanæ mî decus harmoniæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Erato.

Ingenuos Erato fibris inſpiro calores:
I procul, illicito quiſquis amore flagras.

Polyhymnia.

Polleo mente memor, multâque Polymnia famâ:
Nuncupor hinc doctis propria Muſa viris.

Vrania.

Vranie callens patrij myſteria cœli,
Ex homine efficio per rata verba Deum.

Calliope.

Calliope varias artes expromere docta,
Pierium bellâ compleo voce chorum.

IN NOVEM MVSAS NOVEM cæleſtium orbium animas;

NICOLAI REVSNERI.

Cælorum Muſas animas vocesque fatetur
Docta ſenis Samij vox, magno teſte Platone.
Quot Muſæ, cæli tot ſunto nouemplicis orbes.
Stelliferi Vranie cæli: Polyhymnia vox eſt
Saturni: Martis Cleio: Iouis ardua Siren
Terpſichore: Veneriſque Erato: Soliſque canora

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Melpomene: Euterpeque Hermæ: Lunæq; Thaleia:
Concentum bona Calliopes vox dirigit omnem.

De Muſarum inuentis.

INCERTI AVCTORIS.

Clio geſta canens, tranſactis tempora reddit.
Melpomene Tragico proclamat mœſta boatu.
Comica laſciuo gaudet ſermone Thaleia.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus vrget.
Terpſichore affectus citharis mouet, imperat, auget:
Plectra gerens Erato ſaltat pede, carmine, vultu:
Carmina Calliope libris Heroica mandat.
Vranie cæli motûs ſcrutatur, & aſtra.
Signat cunctamanu, loquitur Polyhymnia geſtu.
Mentis Apollineæ vis has mouet vndique Muſas:
In medio reſidens complectitur omnia Phœbus.

TRES GRATIAE.

GEORGII FABRICII.

Aglaia.

Concilio meritis caras mihi læta ſorores:
Noſtraque purpureus pectora candor habet.

Thaleia.

Dando augentur opes, & gratia grata ſororum:
Inque meis floret pulcra iuuenta genis.

Euphroſyne.

Amplector ſocias multâ pietate ſorores:
Et duplicem officijs reddo benigna vicem.

TRES VIRTVTES Chriſtianæ.

Eiuſdem.

Fides.

Sola Fides, lateri ſupremi adfixa Tonantis,
Per varia ad cælum monſtro pericla viam.

Spes.

Spes ego poßideo, quæ ſunt ventura, fruorque
Promiſsis animo non dubitante bonis.

Charitas.

Iungo homines, hominiq; Deum. namq; omnia per
Dulcia perpetuæ fœdera pacis habent. (me

QVATVOR VIRTVTES Morales.

Eiuſdem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Prudentia.

Ingenijs addo lucem Prudentia, cernens
Quod fuit, atq; quod eſt, quæq; futura trahunt.

Iuſtitia.

Iuſtitiâ ſeruo leges: nil amplius opto,
Quàm decet, attribuens ius bene cuique ſuum.

Fortitudo.

Non premor aduerſis, non lætis efferor: & me
Inuictam in diris mens generoſa facit.

Temperantia.

Luxuriam fugere, & petulantes frangere ſenſus,
Atque modum in rebus ritè tenere meum eſt.

In Eaſdem.

IOANNIS STIGELII.

Fides.

Præcipuum decus eſt ſaluanti fidere Chriſto:
Quem penes hoc vnum eſt, omnia ſolus habet.

Der ware Glaub an Jheſum Chriſt/
Die Höchſte Zier vnd Tugend iſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Spes.

Omne feret tempus magnæ ſolatia menti:
Quæ cauſam meritò, cur bene ſperet, habet.

Wer hoffen kan auß gutem Grund/
Der findt ſein Troſt zu aller Stund.

Charitas.

Omnibus inſeruit, temerè nil detrahit vlli,
Qui confiſa Deo pectora iungit, Amor.

Die Liebe gůnt dem Nechſten gut/
Gibt Gott ſein Ehr/nichts arges thut.

Iuſtitia.

Dedita iuſtitiæ mens, & ſibi conſcia recti,
Nulla, Deo fati tela tegente, timet.

Wer handelt recht nach billichheit/
Bey dem iſt Gott in Lieb vnd Leid.

Prudentia.

Mente vigil, rerumque ſciens, & gnara futuri,
Et diſco, & doceo: ſors mea grata Deo eſt.

Verſuch/erfahr/vnd wůrd bewert/
Jch lehr vnd lern / wie Gott begert.

Temperantia.

Adde modum rebus, prius & metire, quod audes:
Fructibus eſt virtus plena, tenere modum.

Sey måſſig/ fromb ohn vbermuth/
Maß iſt zu allen dingen gut.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Fortitudo.

Vir bonus & fortis, ſi cui Fortuna nouerca eſt,
Acta Deo credat: fortibus ille fauet.
Starck/Mutig/Feſt bey guter Sach/
Traw Gott/Er hilfft auß Vngemach.

IN ICONES SEPTEM PLANETARVM.

Diſticha NICOLAI REVSNERI.

SATVRNVS.

Tempus edax rerum: me iuncta Leæna Draconi
Ductat: cuncta voro falcifer ore ſenex.
Zeit alls verzehrt/drumb Sänß thu tragen/
Drach vnd Löwin mich zeugt im Wagn.

IVPITER.

Currũ agitant Aquilæ: ſunt me penes omnia regna.
Dextra manus ſceptrum, frons diadema gerit.
Scepter ziert d Hand/Haupt ziert die Kron/
Mit Adlern prang/Reichsgeber fron.

MARS.

MARS vehor ecce Lupis, ferro metuendus, & igne,
Arbiter armorum, quo duce bella vigent.
Kriegsherr Mars/brenn/raub/mörd ſchröcklich/
Im Wagn mich ziehn drum̃ Wölff häßlich.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

SOL.

Sol, oculus mundi: radijs inſigne coruſcis
Promo iubar: niueis inuehor altus equis.
Lebns Liecht/ auch Welt Aug bin ich Sonn/
Mit weißn Roßn hoch einher renn ſchon.

VENVS.

Alma Venus ſum mater Amoris: vecta columbis,
Coniugij parili fœdus amore rego.
Liebs Mutr Venus/hab Taubn am Wagn/
Lieb inn der Ehe mach wol behagn.

MERCVRIVS.

Ibis me vehit alba: vocor Caducifer Hermes:
Ars, merx, eloquium munus in orbe meum.
Ibsvögl mich führn/Red vnd Kunſt gib/
Auch Wahr/die macht offt manchen Dieb.

LVNA.

Luna, ſoror Phœbi, ceruis inuecta iugatis,
Menſtrua vix vnquàm, quo priùs, ore mico.
Hirſchn führ hab Mon/laß vmbher gohn/
Vngleich mein Schein/ bleibt nicht beſtohn.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

SYMBOLVM
NICOLAI REVSNERI.

φέρε καὶ φέρου.



Stella quid hæc? Fatum. Leo quid? Mens celſa, quid iſtuc?
FER, SIC FERRE, iubet ferre quod ipſe Deus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 132 [53,-60 8°]